

Les sources manuscrites de la théorie de la musique (S. IX-XVI)


ROMA, Biblioteca Apostolica Vaticana (*I-Rvat*)

Reg. lat. 1146, f. 5v-7r

Transcription : Christian Meyer

(févr. 2006 – rév. nov. 2017)

5v



5v

¹ <Q>uid est proportio ? Proporcio est duorum numerorum adinvicem habitudo.

² Quot modis dividitur proportio ? Duobus modis.

³ Quibus ? Aut est communiter dicta, aut est proprie dicta.

⁴ Proportio communiter dicta est duarum rerum comparatarum ad invicem habitudo. ⁵ Proprie dicta est duarum rerum eiusdem generis ad invicem habitudo. ⁶ Proporcio proprie dicta est duarum, videlicet rationalis et irrationalis. ⁷ Rationalis est que in medietate nominatur ab aliquo certo numero, ut dupla a duobus, tripla a tribus et ita de aliis. ⁸ Irrationalis est que in medietate non capit suam denominacionem ab aliquo certo numero, ut medietas proportionis duple. ⁸ Quantitates commensurantes vel mensurabiles vel rationales sunt quibus una mensura communis quamlibet illarum precise mensurat, sic bipedalis et tripedalis quarum veraque sit bipedalis mensurantis. ⁹ Quantitates non commensurabiles seu incommensurabiles sunt quibus <...> quadrati diameter est una linea pertracta ab angulo ad angulum sibi oppositum.

¹⁰ Quadratum est una figura cuius omnes coste sunt equales.

6r

¹¹ Et notandum quod <quedam> est proportio equalitatis et quedam proportio inequalitatis. ¹² Proportio equalitatis est | duarum quantitatum equalium habitudo adinvicem, ut 4 ad 4.

¹³ Proportio inequalitatis est duobus modis, videlicet maioris inequalitatis et minoris inequalitatis. ¹⁴ Proportio maioris inequalitatis est quando maius comparatur ad minus, ut 4 ad 2. ¹⁵ Proportio minoris equalitatis est quando minus comparatur ad maius, ut 2 ad 4. ¹⁶ Proportio maioris inequalitatis dicitur 5 modis, videlicet multiplex, superparticularis, superpartiens, multiplex superparticularis, multiplex superparciens.

¹⁷ Multiplex autem proportio est habitudo maioris quantitatis ad minorem illam multociens continens. ¹⁸ Superparticularis est quando maius continet minus et aliquam partem aliquota ultra.

² modis] modus *cod.*

⁹ commensurabiles] communicantes *cod.*

¹⁹ Superparciens est quando maius continet minus et aliquot partes aliquotas ultra. Ex quibus fit una pars aliqua respectu minoris numeri vel quantitatis. ²⁰ Multiplex superparticularis est quando maius continet multociens minus et aliquam partem eius aliquotam ultra. ²¹ Et est pars aliqua illa que aliquocies sumpta reddit suum totum. Pars non aliqua est que quocienscumque sumpta non reddit equaliter suum totum. ²² Multiplex superpartiens est quando maius continet multociens minus et alias partes aliquotas ultra ex quibus non fit aliqua pars aliqua respectu minoris numeri vel quantitatis.

²³ Propter denominationem proportionum sciendum est quod proportio dupla est quando maius bis continet minus ut 4 ad 2.

²⁴ Maius proporcionis est primus terminus et minus secundus terminus.

²⁵ Proporcio sesqualtera est quando maius semel continet minus et eius medietatem ultra, ut 3 ad 2.

²⁶ Dupla sesqualtera est quando maius bis continet minus et eius medietatem ultra, ut 5 ad 2 sic infiniter ascendendo, et omnes ille proporciones sunt in specie superparticularis. ²⁷ Sed ulterius pro denominacione proporcionum in specie proportionis superparticularis est sciendum quod quando maius continet semel minus et alias eius, i. duas partes ultra, tunc est proportio superbipartiens, ut 5 ad 3, ²⁸ si vero semel et tales tres, tunc dicitur proportio supertriparciens, qualis est proportio 7 ad 4.

6v

²⁹ Viso igitur quomodo maius continet minus, et quot tales partes ultra ex quibus non fit una pars aliqua, videndum est quando quelibet illarum partium respectu minoris numeri ^{+nuncquid} 3 ad ⁺4, et ita de aliis; ³⁰ et iuxta <illud> constituetur ultima particula denominacionis illius proportionis, ut capta proportione 5 ad 3, illam partem denominacionis habet bis, quia continet nisi duas partes ultra ex quibus non fit una pars aliqua respectu minoris numeri, ideo inter 5 et 3 est proporcio superbiparciens tercias.

³¹ Si maius semel continet minus et tales partes aliquotas ultra ex quibus non fit una pars aliqua respectu minoris numeri, ut inter 5 et 3, est proportio superbipartiens tertias.

³² Si maius semel continet minus et tales tres partes aliquotas ultra ex quibus non fit una pars aliqua respectu minoris numeri quarum quelibet est 4^a respectu minoris numeri, tunc dicitur proportio supertripartiens quartas, qualis est proportio inter 7 et 4 et sic infiniter.

³³ Si maius continet bis minus et tales duas partes ultra ex quibus tunc quelibet est dupla respectu minoris numeri, tunc dicitur proportio dupla superbipartiens tres, qualis est inter 8 et 3, et sic infiniter.

³⁴ Proporcionum alia ars metrika, alia geometrica, alia armonica.

³⁵ Arsmetrica quando sunt tres termini, et equalis est excessus inter primum et secundum, et sic inter secundum et tertium, et sic infiniter. ³⁶ Armonica quando sunt 3 termini, et equalis est proportio inter primum et tertium, sicud excessus inter primum et secundum se habet ad excessum inter 2^m et 3^m. Exemplum ut ⁺⁴ ad 3⁺. ³⁷ Geometrica proportio | est quando sunt <tres> termini et equalis est proportio inter primum et 2^m, sicud inter 2^m et 3^m. Exemplum [8 4 2 1]. ³⁸ Permutatim autem proportionalitate geometrica con⁺...⁺ quod sicud se habet antecedens unius ad antecedens alterius, sic se habet consequens unius ad consequens alterius. Exemplum : 8 4 2 1.

7r

³⁸ Proportionabilia proportionalitate geometrica permutatim dicuntur illa quae sic se habent quod eadem sive aequalis est proportio antecedentis unius ad antecedens alterius et consequentis unius ad consequens alterius, sicut hic, 8- 4- 2- 1, unde qualis est proportio 8 ad 2, talis est proportio 4 ad 1, utrobique enim est proportio quadrupla (UGOL. URB. 4, 86, 13, éd. p. 74).

³⁵ tres] iii^a cod.

³⁶ sicud] sicud est cod.

³⁸ con...] | ad antecedens] ad consequens cod.

³⁹ Equa proportionalitas <est> quando sunt duo numeri, et in utroque numero sunt 3 termini. ⁴⁰ Et sicud se habet primus terminus primi numeri ad suum secundum, sic se habet primus terminus 2ⁱ numeri ad suum 2^m, et sicud se habet <secundus> terminus primi numeri ad suum 3^m, sic se habet 2^{us} terminus 2ⁱ numeri ad suum 3^{um}, et ita de consimilibus ^{+istis supponens+} istarum proportionum posterius subsequentur. Explicit.

³⁹ ad suum secundum sic] ad duo termini sic cod.